



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt poenitentem ex corde magna exhilaratione sacerdotes suscipere  
debeant. xxxix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

est, vt veraciter ex corde se grauiter deliquisse confiteatur, & per ieiunia & eleemosynas, vigiliisque ac sacras orationes cum lachrymis se purgare contendat, & sic se ad spei veniæ pro misericordia Dei peruenire confidat.

*Vt inter pœnitentes publicè & absconse discretio seruanda sit. Cap. XXXVII.*

Ex cõcil.  
Mogüti,  
cap. 21.

**V**T discretio seruanda sit inter pœnitentes, qui publicè & qui absconse pœnitere debeant.

*De illis qui negligunt pœnitentiam.*

Ex cõcil.  
Cartha.  
cap. 75.

**V**T negligentiores pœnitentes, tardius recipiantur.

*Cap. XXXVIII.*

*Vt pœnitentem ex corde magna exhilaratione sacerdotes suscipere debeant. Cap. XXXIX.*

Ex dictis  
Basily  
episcop.

**P**œnitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut dominus ostendit, cum dicit: Quia conuocauit amicos suos, & vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quam perdideram.

*Vt secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Cap. XL.*

Ex cõcil.  
Africa.  
cap. 10.

**V**T pœnitentibus secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur, & vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente. Cuiuscunque autem pœnitentis publicum & vulgatilissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam cõmouerit, ante abbatum manus ei imponatur.

*De his qui iam peccare cessauerunt, & perfectè pœnituerunt, vt communio eis in ipsa pœnitentiâ concedatur. Cap. XLI.*

Ex cõcil.  
Laodicē.  
cap. 2.

**D**E his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & perseverantes in oratione cõuersionem à malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus post pœnitentiæ tempus impensum, propter clemētiam & bonitatem Dei communio concedatur.

*De lapsis quomodo eos fraterno affectu corripere, & consolari debeant, vt non incidant in insidias diaboli, & desperent. Cap. XLII.*

Ex epist.  
C. his. pa.

**S**ed si aliquis lapsus quoquo modo fuerit, portemus eum & fraterno corripimus affectu, sicut ait beatus Apo-